

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581](#)[Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VIII](#)[Item Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 03 : De Tritone](#)

## Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 03 : De Tritone

**Auteur(s) : Conti, Natale**

```
","author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider()); /* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.__jsonld); }); */ }, false);
```

### Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Ce document *a pour résumé* :

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[101\] : De Tritone](#)□

### Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VIII

Ce document *est une version augmentée de* :

[Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 03 : De Tritone](#)□

### Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VIII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VIII, 03 : De Triton](#)□

*est une traduction de ce document*

### Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VIII

[Mythologie, Paris, 1627 - VIII, 04 : De Triton](#)□

*est une transformation de ce document*

## Informations sur la notice

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

funta longè prospicere. Verùm de his alibi copiosius dictum sit. hæc de Thetide sufficiant: at nunc de Tritone dicamus.

## De Tritone.

## CAP. III.

**T**RITON Deus marinus, quorum filius fuerit, non convenit inter scriptores. Hesiodus Neptuni & Amphitrites illum filium fuisse dicit in Theogonia in his:

ἰκ δ' Ἀμφιτρίτης καὶ Ἰριτύα κ' Ἐπιοργαίης  
τρίτων ἰσχυρὸν γένετο μέγας· ὅς τις θαλάσσης  
πυθμῖν ἔχεν, πατρὸς μητρὶ φίλη καὶ πατρὶ ἀνακτι  
ναίει χρύσεια δ' ὤ, δ' ἄνθος θεός.

*Inde Amphitrite Neptunoq̄, editus ipse  
Est Triton Deus insignis, qui vastis profunda  
Cum patre & cum matre colit; quiq̄, aurea tella  
Incolit eximius Deus.*

Acesander verò Eurypylium & Tritonem filios fuisse Neptuni & Celænus scriptum reliquit, ac Steropen Solis filiam nuptisse Eurypylo, cui genuit Leuconem & Leucippum. At Numenius in libro de Piscationibus Oceani & Tethyos filium Tritonem fuisse inquit. Lycophon Nerei filium putavit, ut patet in ijs carminibus, in quibus inquit poculum donatū fuisse Tritoni à Medea, quoniam is Argonautas rexit, cum in Syttes incidissent:

κλαδὸν πέτυρον νεπίρων κέμηλιον  
λύσιγχα, κινύφρος ἰὼ τίτην ῥόος  
ιαμοῖς λεπταίνε, τῶ δ' ἰ νηρίως γόνω  
τρίτωνι κελχίς ἔπεισαν δ' ἄνος γωνή,  
χρυσῶ πλατῶ κρατῆρα κεκρατημένον.

*Fractum lacunar inferorum magna opes,  
Anfunda, Cinyphens hanc fluctus rigans  
Fœcundat arna, Nerei proli hic dedit  
Tritoni Colchis poculum olim fœmina  
Dano, quod auro erat probe multo illatum.*

Fuit autem Triton Oceani ac Neptuni buccinator & tubicen, ut testatur Ouid. lib. 1. Metam. in his; ubi etiam formam ipsius buccinæ describit:

*Caruleum Tritona vocat, conchaque sonanti  
Inspirare iubet, fluctusque & flumina signo  
Iam revocare dato, canna buccina sumitur illi,*

Ter-



*Tortilis in latum qua turbine crescit ab imo:*

*Buccina, qua medio concepit vbi aera ponto,*

*Litora voce replet sub vtroq; iacentia Phæbo.*

Huius suprema pars corporis vsq; ad umbilicum fuit hominis, at inferior vsque ad caudam delphini, duos pedes priores equinos habuisse dicitur, caudamq; duplicem in Lunæ formam, vt significauit Apollonius lib. 4. Argonauticorum in his:

ὄμμα δὲ εἰς ἑξ ὑπάρτειο

ἠράατος ἀμφὶ τὴν ἄνω καὶ ἰξῆαο ἐστὶ ἐπὶ νηδῶν,

ἀντικρὺ μακάρων σφύβω ἱκπαγλὸν ἴκτρ.

αὐτὰρ ὑπὸ καὶ λαγόνων δεικράρα οἱ ἴσρα καὶ ἴθα

κῆτες ὀλκείην μνημῆστο κόπη δ' ἀκάνθιας

ἄκρον ὕδαρ, αἶτι σκελῆς ἐπὶ νηδὺσι κίτρωις

μύθη ὡς καράσιεν ἰδόμενοι διχέωντο.

*Par fuerat forma superis humerisq; caputq;*

*Et latera, & partes supremas corporis omnes.*

*Inferius sed enim cauda hinc pendebat & illanc*

*Immani ceti sum spinis verberat alii*

*Terga freti, ha luna similes curuantur in orbem.*

Hanc eandem formam Tritonis ita expressit Virg. lib. 10.

*Hanc vehit immani Triton, & carula concha*

*Exterrens freta, cui laterum tenui hispidananti*

*Fronti hominem praefert, in pristina desinit alui.*

*Spumea semifero sub pectore murmurat vnda.*

Fabulati sunt hunc in curtu ab equis caeruleis tracto vehi solitum, vt ait Ouid. in epist. Didus;

*Iam venti ponent strataq; aequaliter vnda,*

*Caeruleus Triton per mare curret equis.*

Inquiunt huic humeros fuisse colore purpureo, & quali colore mortuae triglae perfunduntur; de quo ita ait Ouid. lib. 1.

*supraque profundum*

*Extantem, atq; humeros natuso murice telluris*

*Caeruleum Tritona vocat.*

Tritonem humanam vocem habuisse dicunt, vt testatur Paus. in: Arcad. Fabulantur hunc inuentam à se concham ad id bellum attulisse, quod susceptum est aduersus Gigantes, quam cum inuissset, & inauditum sonum edidisset, illi immanem aliquam beluam ac formidabilem rati se in fugam verterunt, quare victoriam facilem Dijs concesserunt. De Tritia Tritonis filia me-



minit Pausan. in Achaicis, quæ cum esset virgo, fuit sacerdos Mineræ, sed postea à Marte compressa Melanippum peperit. Idem testatur in Bœoticis Tritonem solitum fuisse quæcunque pecora ad mare agerentur apud Tanagros adorari, qui etiam leuora nauigia inuadebat. Ad hunc placandum cultu Tanagræi vini craterem exposuissent, ille odore allectus vinum hausit; mox de tumulo litoris in somnum versus præceps decidit, cui Tanagræus quidam humo securi caput amputauit: quem tamen à Baccho casum nonnulli crediderunt. Qui diligentius Tritonum figuram exprimere conati sunt, illi Tritonum capillos apio palustri similes esse dixerunt, cum reliquum corpus exiguis squamis integeretur, duritiæ limæ per simili. Branchias habuit paulo inferiores auribus, naresque hominis, cum rictus tamen oris esset paulo latior: dentesque pantherarum dentibus per similes, oculi subglauci, manus & ungues & digiti similes erant testæ conchyliorum; tum pinnae sub ventre & sub pectore, sicut visuntur in delphinis, ut scriptum est à Sossrato lib. tertio animalium. Dicitur etiam Tritonem Neptunus, siue mare, ut ait Lycophron, qui etiam cetum, in cuius ventre Hercules triduum fuit, Tritonis canem in his appellat, & leonem Herculem;

*τριτωνος λιαντος, ον ποτα γνάθει*

*Τριτωνος κιάλας χιρχαρος κύνων.*

*Tritonemque noluit leonem, quem canis*

*Tritonus olim deglutit improbus.*

Nam cum Hercules Laomedontis largitionibus impulsus Hesionem regiæ ornatam cetoque expositam Laomedontis ipsius filiam vellet ab illo periculo liberare, fertur aggerem, ut alij malunt, murum repentinum excitasse, atque ad angustias eius aggeris armatus cõstitisse. Vbi verò cetus accessisset hians in eius os Hercules irruit, ubi cum per triduum fuisset, ceto disrupto exijt omnibus amissis capillis capitis, ut scriptum reliquit Andreatas Tenedius in nauigatione Propontidis. Quam quidem fabulam nihil aliud significasse puto, nisi futurum, ut traditum est à sapientibus, Christianam viuendi rationem omnem pristinam malitiam disrupturam: cum multa tradita sint de Hercule, quæ ad prædicendam Christi fortissimam & omnibus saluberrimam vitam spectare appareant. Vocatus fuit Triton Nilus Ægyptius fluvius, quòd in eo Triton mor-



tuus apparuit ut quidam putarunt, qui cum Deus esse putaretur ab antiquis, tamen vim mortis effugere non potuit, sicuti filij reliquorum creditorum Deorum, ut nos lusimus his Græcis carminibus:

Φεύ, φεύ, παῖ φεύγοι μισόπων γένος; ἀφύτων ἰδίῃ.  
 πάντα θεῖα δριπάρω θεῖῃ γὰρ θάνατος.  
 καὶ φερίετ' ἐς ταῖς ἰστίαις ἰδίῃ ἀτρώτου  
 δίρμα· κρατὰ πάντων ῥῆα θεὸς φουβρός.  
 ἢ δώαται γυαμπίοισι λίαν ὄνυχιασιν ἀμυώων  
 οἷς τίκτεισι μόρον, κ' ἔκιδάσι βόει.  
 πῶς λιπίδωτὰ γένη κρύπτοιεν ἀνάλμυρὰ πόνη  
 βίνδεια; πῶς φεύγοι τὰ πηρόεντα θιόν;  
 ἢ εἰ φουτοῖς δώαται γῆ μήτηρ σπῆριν ἀλάλακτι,  
 ἢ ζώοισι μόρον, παλλὰ χαρίζεμιν.  
 ὦλατ' Ἄριστοῦ φύσει πολὺ φέρτατος ἀνδρῶν,  
 ὦλατο, τῆς σοφίης ἕκεί' ὄνησις ἰπεί.  
 κάτθανε δ' ἠγήτωρ ποιετῆν θεῶν Ὀμηρος.  
 ἕκ εἰδ' ἐν σῶζ' Ὀρφέα Καλλιόπῃ.  
 ἢ δ' αὖθις βασιλεύς ἐτέρων, καὶ περσεφένεια,  
 ἢ εἰλαφον φύχας, πείμπονις ἠέλιον.  
 ἢ μαχοῖς εἰς θάνατος κατὰ μυρία φύλα καμόττω  
 αἰετ' ἀγῆ, πέλαται σιῶδρομοι αἰδίοις.  
 ἢ εἰ ἀρα φύμα χαμαὶ χίεται βορέαο πιαόντες,  
 ἢ θνιά τ' ὀρνίθων χέματος ἀχλαλά.  
 ἢ φρεῖός τ' ἀτιμοῖς πυτὶ κύματ' αἰθίνα κυλίνδῃ,  
 τῆσται βῆαν φύχας πρὸς γῆ κατὰ χθενίης.  
 ἢ κ' εὐχὰς θνητῆν, μακάρων τ' αἰτήματ' ἀκρό.  
 ἢ εἰνα γὰρ φιλίε μήποτε δωροδόκος.  
 κάτθανε Ἡρακλῆς μεγάλη λιός ἀλκιμος ἴδης.  
 ἢ δώαται λυγρὰ φρογίνεα φίλον.  
 Ἄρτι μαιεῖ ἀπόλυτον λείπει πολνίσαρ ἀνακτι  
 ἢ χροῖ ὑποχθενίω σακρυθίασα λιί.  
 ἀτρεπίονόμας ἐς τὴν θείαν. θαιάτοιο γὰρ ἐδ' αἰς  
 ἢ φουγ'. ἢ κὴ μῆνος τῆς γῆ εἰς κρατίε.

Quæ carmina non insuauiter vertit Laurentius Gottius in Latinam linguam, iuuenis multis egregijs artibus ornatus, ut dictum est:

*Quò fugiat mortale genus? nil deniq, tutum est.  
 Crudelis namq, morti omnia falce secat.*



Nil durum, nil non Martis penetrabile telus.  
 Omnia Si domuit Morti Violenta Dea.  
 Cornibus haud potuit natis depellere pestem  
 Bos, non horrendo feruidus Sanguine leo.  
 Squammigeras pelagi gentes qua salsa profunda  
 Celarint? volucres qua lenis aura ferat?  
 Non potuit plantis terra aut animalibus alma  
 Prodesse auxilijs, omnia Sicta cadunt.  
 Mortuus est, illum nihil & sapientia iuuat,  
 Natura cecidit gratus Aristoteles.  
 Occidit & Satum ductor diuinus Homerus,  
 Nec clarum seruat Orphea Calliope.  
 Quas animas cepit Proserpina, rursus ad auras  
 Non patitur superas Solis adire Deum.  
 Undiq; mors animas horrenda in tartara cogit  
 Tranantes illuc qua sine lege ruunt.  
 Quos Volucres primo tristantur frigore lesa,  
 Quos frondes gelido flante Aquilone cadunt,  
 Aut Undas venti spumosa ad litora voluunt,  
 Tot defuncta anima tartara ad ima fluunt.  
 Non audet Mors vota Virum, vel iussa Deorum.  
 Non amat hac quenquam, munera nulla capit.  
 Arte Venus nulla charum reuocauit Adonim.  
 Et Iani Alcides inrida regna tenent.  
 Inferno regi Hippolytum Diana relinquit,  
 Pallentem marens & lacrymosa Iouis.  
 Incontussa Dea stat lex, quam nemo refixit:  
 Hanc Venus potuit nam superasse Deum.  
 Vocatus fuit etiam Triton Nilus Ægyptius fluiuius, quia ter no-  
 men mutauerit: nam prius Oceanus, deinde Ægyptus, tum  
 deniq; Nilus vocatus est, ut ait idem Lycoph.  
 Αἰγύπτου Τριτωνος ἰλακτος πέτρῃ.  
 Ægyptium Tritonis ut patrum trahit.  
 Vocate sunt Tritones & vrbes nonnullæ Bœoticiæ, Thessaliæ, Li-  
 byæ. & Atque Tritones denique crediti sunt Dei, qui præsto  
 essent nauigantibus, ne quis locus, aut ne quod hominum fa-  
 cinus diuina numinis præsentia carere videretur. Quod Tri-  
 ton Neptuni fuerit & Amphitrites, vel Neptuni & Cæleus, vel  
 Oceani & Tethyos, vel Nerei F. nihil aliud significare sanè ego  
 credi-



crediderim, quàm monstrum marinum fuisse, cum aqua omnium elementorum maxime sit ad varia monstrorum genera procreanda fertilis. Et quoniam facile cadit in rerum ignotarum admirationem imperita multitudo, idcirco quod ratò apparet, vel diuinum quidpiam esse arbitratur, vel certe sine aliqua diuina & maxima causa non contingere. Id cum ita sit non fuit difficile persuadere mortalibus diuinum quidpiam esse Tritones, & Deos esse quorum in potestate essent nauigantes, ad quod credendum aliquando periculorum magnitudo impellebat (sunt enim timentium animi & in periculis existentium ad superstitionem perfaciles.) Et cum inter multos precantes alicui voti compos fieri contigisset, illius præconio postea Tritonum ut Deorum nomē fuit celebratum. Neque illud prætermiserim, quòd apud Romanos super tēplo Saturni Triton quidam eximie magnitudinis fuit collocatus, qui buccinam inflabat quoties oriebatur ventus, caudam h̄i intra terram occultabat. Per illum significare tradiderunt nonnulli res gestas ante Saturnum silētio fuisse inuolutas: at post imperium Saturni clarissima historiographorum voce fuisse celebratas: quamuis ego occultatam veram religionem ante Christum per hæc significatum crediderim: at post Christi aduentum clarissimo sanctorum apostolorum præconio omnibus gentibus veram, sanctam & saluberrimam legem omnibus Christo altissimo Dei filio credentibus celebratum iri. Nam alioquin inuisum esse videbatur, ut sapiētes antiqui caudatos etiam Deos habuerint. At nunc de Palamone dicamus.

*De Ino, & Palamone. CAP. IIIII.*

**I**No quoque cum Palamone filio nauigantibus præesse fuit existimata ab antiquis, & inter Deorum marinorum numerum relata. Hæc Cadmi & Harmoniæ illius, cuius carmen nuptiale Musæ cecinerunt, filia fuit, ut ait Hesiodus:

Κάδμω δ' Ἄρμονία θυγάτηρ Χρυσῆς Ἀφροδίτης  
 Ἰνώ, καὶ Ζεμίλλω, καὶ Ἀΐωνω καὶ Μελπομένη,  
 Αὐτιόων δ', ἠὲ γῆμιθω Ἀριστίος βουχάκτης.

*Harmonia hinc Veneris formosa filia Cadmo  
 Inoque, Semelenque, & Aganen edidit, atque  
 Autonoen, quæ nupsit Aristæo inde comato.*

Fuit Ino postea Athamantis Thebanorum regis vxor, quæ, ut